*Cod. Einsidl.* Contremuit omnis creatura) Omnis terruit  
 creatura *Cod. Einsidl.* Qvis es tu, qvi illos qvi) Qvis  
 es tu, qvi a nobis *Cod. Corf.* Et lucifera luce) Lucife-  
 raque luce *Cod. Einsidl.* Pavida subjectione) Ex pavida  
 subvertatione *Cod. Einsidl.* Qvomodo et unde tu Jesu  
 Christe tam fortis homo) Unde es tu Jesu tam fortis ho-  
 mo *Cod. Einsidl.* Splendidus in majestate) Splendida  
 majestate *Cod. Corf.*



in tetrīs usibus tributa persolvebat, nunquam nobis talem mortuum hominem transmissit, nunquam talia munera principibus inferorum destinavit. Qvis ergo es tu, qvi sic intrepidus nostros fines ingressus es, et non solum nobis supplicia magna inferre non vereris, sed insuper de nostris vinculis omnes auferre conaris? Forsitan tu es ille Jesus, de quo nunc Satan ad principem nostrum dicebat, quod per mortem tuam crucis totius mortis potestatem accepturus esses? Tunc gloria Dominus conculcans mortem et comprehendens principem inferorum, privavit omni sua potestate et attraxit patrem nostrum terrenum ad suam claritatem.

XXIII. Tunc principes tartari suscipientes Satan, cum nimia increpatione dixerunt ad eum: O princeps perditionis et dux exterminationis Beelzebub, derisio angelorum Dei, spurcicia justorum, quid hic facere voluisti? Regem gloriae crucifigere voluisti, in cuius exitio tanta spolia nobis promissisti, ignorans  
ut

In tetrīs usibus) Usibus nostris *Cod. Corf.* Nostris usibus *Cod. Einsidl.* Nunquam talia munera principibus inferorum destinavit) *Desunt hac in Cod. Corf.* Nunquam talia munera inferis destinavit *Cod. Einsidl.* Non solum nobis sup-



παραδων αυτον τοις αγγελοις, ειπε· σιδηροι κα-  
ταδεσμησατε τας χειρας και τους ποδας και τον  
τραχηλον και το σωμα αυτου. Ειτα παραδους  
τουτον τω αδη εφη· λαβων αυτον κατεχε ασφα-  
λως αρχι της δευτερας μου παρουσιας.

XXIII. Και ο αδης παραλαβων τον σατα-  
ναν ελεγεν αυτω· βεελζεβουλ κληρονομη του  
σκοτου και της κολασεως, εχθρε των αγιων,  
δια ποιαν αναγκην ωκονομησας σαρρωθηναι τον  
βασιλεα της δοξης το ελθειν ωδε εκδυσαι ημας;

ΕΠΙ-

supplicia magna inferre non vereris) Non solum nostra  
supplicia non vereris *Codd. Cors. et Einsidl.* Satan ad  
principem nostrum) Princeps noster Satan *Codd. Cors. et  
Einsidl.* Totius mortis) Totius mundi *Cod. Einsf.* Tunc  
gloriae Dominus conculcans) Tunc rex gloriae majestate  
sua conculcans *Cod. Einsidl.* Et comprehendens princi-  
pem inferorum, privavit omni sua potestate) Comprehen-  
dens Satan principem catenis igneis constrictum tradidit  
inferi potestate *Cod. Cors.* Comprehendens Satan princi-  
pem tradidit inferi potestate *Cod. Einsidl.* Patrem nostrum  
terrenum) Adam *Cod. Einsidl.*

XXIII. Tunc principes tartari suscipientes Satan) Tunc  
inferus suscipiens Satan principem *Codd. Cors. et Einsidl.*  
Dixerunt) Dixit *Codd. Cors. et Einsidl.* Spurcitia iusto-  
rum) Sputio iustorum *Cod. Einsidl.* Quid hic) Quid haec  
*Cod. Einsidl.* In cujus exitio) Inclusus exitu mortis *Cod.  
Einsidl.* Ignorans ut insipiens quid egeris) Ignorasti ut



ut insipiens quid egeris? Ecce enim jam iste Jesus Nazarenus gloriosæ suæ divinitatis fulgore fugat omnes horribiles tenebras mortis, ima carcerum et summa confregit, et cunctos ejecit captivos et universos vinctos solvit et omnes, qui præ tormentis gravibus suspirare et gemere solebant, insultant nobis et deprecationibus eorum expugnamur? Impia regna nostra vincuntur et nullum jam genus hominum nobis relinquitur, imo potius et nobis fortiter comminantur, quod nobis nunquam superbi fuerint mortui, nec aliquando potuerunt læti esse captivi. O princeps Satan omnium malorum, impiorum et refugarum pater, quid hic facere voluisti, quod a principio usque nunc fuerunt desperati salute et vita: modo nullus eorum personat gemitus, nec in alicujus eorum facie lacrymarum vestigium  
inve-

insipiens quod egisti *Cod. Einsidl.* Nazarenus, gloriosæ) *Omittunt Codd. Corf. et Einsf.* Horribiles) *Deest in Codd. Corf. et Einsidl.* Ima carcerum et summa) *Infima carcerum Cod. Corf.* Ima carcerum *Cod. Einsidl.* Et cunctos ejecit captivos et universos vinctos solvit) *Et ejecit captivos, solvit vinctos Cod. Einsidl.* Et omnes qui præ tormentis gravibus suspirare et gemere solebant) *Et omnes qui sub nostris solebant suspirare tormentis Cod. Einsidl.* Expugnamur) *Impugnantur Cod. Corf. Expugnantur Cod. Einsidl.*



σπιστραφού και ιδε, ὅτι ουδεις νεκρος εν εμοι  
κατεληφθη, αλλα παντα ὅσα εκερδησας δια  
του ξυλου της γνωσεως, δια του ξυλου του σαν-  
ρου παντα απωλεσας· και πασα σου ἡ χαρα  
μετενηχθη εις λυπην· και τον βασιλεα της δο-  
ξης θελων θανατωσαι, σεαυτον εθανατωσας,  
επει γαρ παρελαβον σε ὡς καταχει ασφαλως  
εμπειραμαθιση. Ὅσα κακα προς σε διαπραξο-  
μαι,

*Einsidl.* qui hoc quoque sequentibus adnectit. Imgia regna  
nostra) Imperia nostra et regna *Cod. Corf.* Imperia nostra  
et regna nostra *Cod. Einsidl.* Et nullum jam genus ho-  
minum nobis relinquitur) Nullus jam nos reveretur *Cod.*  
*Corf.* Et nullum jam nos reveretur genus hominum *Cod.*  
*Einsidl.* Imo potius et nobis fortiter comminantur, quod  
nobis nunquam superbi fuerint mortui, nec aliquando po-  
tuerunt lati esse captivi) Infuper nos fortiter comminan-  
tur, qui nunquam nobis superbi fuerant *Cod. Corf.* In-  
super et fortiter nobis comminantur, qui nunquam nobis  
superbi fuerunt mortui, nec aliquando potuerunt lati esse  
captivi *Cod. Einsidl.* Impiorum et refugarum) *Desunt*  
*haec in Cod. Corf.* Quid hic facere) Quid hæc facere *Cod.*  
*Einsidl.* Quod a principio usque nunc fuerunt desperati  
salute et vita: modo nullus eorum personat gemitus) Qui  
a principio usque nunc fuerunt desperati salutem, nunc  
invenerunt vitam. Nullus ergo eorum hic jam solito mu-  
gitu auditur, nec ullus eorum personat gemitus *Cod. Corf.*  
Quia qui a principio usque nunc fuerunt desperati salutem  
et vitam, modo nullus eorum huic jam solito mugitus au-  
ditur, nec ullus eorum personat gemitus *Cod. Einsidl.*



invenitur. O princeps Satan possessio infer-  
 norum, illas tuas divitias, quas acquisieras per  
 lignum prævaricationis et Paradisi amissionem,  
 et nunc per lignum crucis perdidisti et periit  
 omnis læticia tua, dum istum Christum Jesum  
 regem gloriæ suspendisti, adversum te et ad-  
 versum me egisti, a modo cognosces, quanta  
 tormenta, æterna et infinita supplicia passu-  
 rus es. O princeps malorum omnium Satan,  
 auctor mortis et origo omnis superbiæ, de-  
 bueras primum istius Jesu Nazareni causam  
 malam inquirere, in quem nullam culpam  
 mortis invenisti. Quare sine ratione injuste  
 eum crucifigere ausus fuisti, et ad nostram  
 regionem, innocentem et justum perduxisti,  
 et totius mundi noxios, impios et injustos  
 perdidisti. Et cum loqueretur princeps in-  
 ferorum ad Satan, tunc Rex gloriæ dixit ad  
 ipsum principem inferorum Beelzebub: Erit  
 Satan princeps sub potestate tua in perpetua  
 secula substitutus in locum Adæ, et filiorum  
 ejus iustorum meorum.

XXIV. Et extendens Jesus manum suam  
 dixit: Venite ad me sancti mei omnes,  
 qui

O princeps Satan, possessio inferorum) O princeps Satan,  
 possessor olim inferorum *Cod. Cors.* O princeps Satan,  
 pos.



μαι, ὡ ἀρχιδιάβολε, ἡ τοῦ θανάτου ἀρχή, ἡ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ τέλος πάντος κακοῦ, τὴν κακὸν εὐρών εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἐγηρεύσῃς τὴν ἀπολείαν αὐτοῦ; πῶς ἐτολμήσῃς τοσοῦτον κακὸν ποιῆσαι, πῶς τοιοῦτον ἀνθρώπον ἐν τῷ σκοτῶ τούτῳ καταγαγεῖν ἐμελετήσῃς, δι' οὗ πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανεύτας ἐσερήθῃς;

XXIV. Οὕτω τοῦ ἀδου διαλεγόμενου τῷ σατανᾷ, ἠπλώσε ὁ βασιλεὺς τῆς δοξῆς τὴν δεξιάν αὐτοῦ

possessor clavium inferorum *Cod. Eins.* Et nunc) Deest  
 Et in *Cod. Corf.* A modo cognosces) A modo non cognosces *Cod. Corf.* A modo cognosce *Cod. Einsidl.* Tormenta aeterna et infinita supplicia passurus es) Tormenta et supplicia infinita eris passurus in meam custodiam sempiternam *Cod. Corf.* Tormenta aeterna et supplicia infinita passurus eris in mea custodia sempiterna *Cod. Einsidl.* O princeps malorum omnium) O princeps *Cod. Corf. et Eins.* Jesu Nazareni) Jesu *Cod. Einsidl.* Inquire) Requiere *Cod. Einsidl.* In quem nullam culpam mortis invenisti) Et in quo nullam culpam cognovisti *Cod. Einsidl.* Princeps inferorum) Inferus *Cod. Einsidl.* Satan) Satan principem *Cod. Einsidl.* Ad ipsum principem inferorum Beelzebub) Ad infernum *Cod. Corf.* Ad inferum *Cod. Eins.* Constitutus in locum Adæ) In loco Adæ *Cod. Eins.* Et filiorum ejus iustorum meorum) Et filiorum ejus, iustorumque omnium *Cod. Corf.*

XXIV. Et extendens Jesus) Et extendens Dominus *Cod. Einsidl.*



qui creati estis ad imaginem meam, qui per  
 lignum et diabolum et mortem damnati estis.  
 Modo vivite per lignum crucis meæ, diabolo  
 mundi principe damnato et morte prostrata.  
 Tunc statim omnes sancti Dei sub manu al-  
 tissimi Dei adunati sunt. Tenens autem Do-  
 minus Jesus manum Adæ, dixit ad eum: Pax  
 tibi cum omnibus filiis tuis justis meis. Adam  
 vero genibus Domini Jesu Christi advolutus,  
 lacrymabiliter deprecatus est eum obsecratio-  
 ne humili, cum voce magna dicens: Exalta-  
 bo te Domine, quoniam suscepisti me, nec  
 delectasti inimicos meos super me. Domine  
 Deus clamavi ad te, et sanasti me Domine.  
 Eduxisti ab inferis animam meam, salvasti me  
 a descendentibus in lacum. Psallite Domino  
 omnes sancti ejus et confitemini memoriae  
 sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatio-  
 ne ejus et vita in voluntate ejus. Similiter et  
 omnes sancti Dei genibus Domini Jesu advo-  
 luti una voce dixerunt: Advenisti redemptor  
 mundi, sicut per legem et prophetas tuos sanctos  
 præ-

Qui creati estis ad imaginem meam) Qui habetis imaginem  
 et similitudinem meam *Codd. Cors. et Einsidl.* Damnati  
 estis) Damnati fuistis *Codd. Cors. et Einsidl.* Modo vivite  
 per lignum crucis meæ, diabolo mundi principe damnato  
 et



αυτου χειρα και εκρατησε και ηγειρε τον προ-  
 πατωρα Αδαμ. Ειτα εγραφει και προς τους  
 λοιπους εφη· δευρο μετ' εμου παντες όσοι δια  
 του ξυλου ου ηψατο ουτος εθανατωθητε, πα-  
 λιν γαρ υμας δια ξυλου του σταυρου παντας εγω  
 ιδου ανισω. Προς ταυτα εξεβαλεν απαντας  
 εξω, και ο προπατωρ Αδαμ θυμηδιας εμπλεως  
 ωφθει· ευχαρισω τη μεγαλωσυνη σου κυριε,  
 ελεγεν, οτι ανηγαγες με εξ αδου κατωτατου.  
 Ουτω δε και παντες οι προφηται και οι αγιοι  
 ειπον· ευχαρισουμεν σοι Χρισε, σωτηρ του κοσ-  
 μου,

et morte prostrata) Modo videtis per lignum damnatum  
 diabolum et mortem *Cod. Corf.* Modo videte per lignum  
 damnatum diabolum et mortem *Cod. Einsidl.* Tunc sta-  
 tim omnes sancti Dei sub manu altissimi Dei adunati sunt.  
 Tenens autem dominus Jesus manum Adæ, dixit ad eum:  
 Pax tibi cum omnibus filiis tuis justis meis. Adam vero  
 genibus domini Jesu Christi advolutus, lacrymabiliter de-  
 precatus est eum obsecratione humili) *Desunt hæc omnia  
 in Cod. Corf.* Statim omnes sancti sub manu domini adu-  
 nati sunt. Tenens autem dominus manum dexteram Adæ,  
 dixit ad eum: pax tibi cum omnibus filiis tuis justis meis.  
 Adam vero genibus domini advolutus, lacrymabili cum  
 obsecratione deprecatus *Cod. Einsidl.* Cum voce magna  
 dicens) Tunc magna voce Christus dixit *Cod. Corf.* Magna  
 voce dixit *Cod. Einsidl.* Genibus domini Jesu advoluti)  
 Genibus advoluti ad pedes domini *Cod. Einsf.* Per legem  
 et prophetas tuos sanctos) *Deest sanctos in Cod. Einsidl.*



prædixisti, jam factis adimplesti. Redemisti vivos per crucem tuam et per mortem crucis ad nos descendisti, ut eriperes nos ab inferis et morte per majestatem tuam. Domine, sicut posuisti titulum gloriæ tuæ in coelo et erexisti titulum redemptionis crucem tuam in terris: ita pone, Domine, signum in inferno victoriæ crucis tuæ, ne mors dominetur amplius. Et extendens Dominus Jesus manum suam, fecit signum crucis super Adam, et super omnes sanctos suos, et apprehendens dexteram Adæ, descendit ab inferis. Et omnes sancti Dei secuti sunt eum. Tunc propheta ille regius sanctus David fortiter clamavit dicens: Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextra ejus et brachium sanctum ejus. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam. Et omnis multitudo sanctorum responderunt dicentes: Hæc est omnis gloria omnibus sanctis Dei, amen, Halleluja. Et posthæc exclamavit Habacuc propheta dicens: Existi in salutem populi tui, ad liberandum populos tuos. Et responderunt omnes sancti dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis. Hic est Deus noster in æternum et in seculum.

seculum



μου, ὅτι ἀνηγαγες ἐκ τῆς φθορας τὴν ζωὴν ἡ-  
μων. Καὶ ταῦτα εἰπόντων, εὐλογησας ὁ σωτὴρ  
τον Ἀδὰμ, κατὰ τὸ μετοπον, ἐν τῷ σημειῷ τοῦ  
σταυροῦ· τοῦτο δὲ ποιήσας καὶ πρὸς τοὺς πατρι-  
αρχὰς καὶ προφῆτας καὶ τοὺς προπατέρους, καὶ  
τούτους λαβὼν ἐκ τοῦ ἁδου ἀνεθόρε. Πορευο-  
μένου δὲ αὐτοῦ ἐφαλλόν οἱ ἅγιοι πατέρες ἀκο-  
λουθούντες αὐτῷ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν  
ονοματῷ

Jam factis) Factis *Cod. Einsidl.* Morte) Morte perpetua  
*Cod. Corf.* In coelo) In coelum *Cod. Corf.* Extendens  
Dominus Jesus) Extendens Dominus *Cod. Einsidl.* Ap-  
prehendens dexteram) Tenens dexteram *Codd. Corf. et Eins.*  
Descendit ab inferis) Ascendit ab inferis *Codd. Corf. et*  
*Einsidl.* Sancti Dei) Sancti *Cod. Einsidl.* Secuti sunt  
eum) Secuti sunt Dominum *Cod. Corf.* Propheta ille  
regius) *Desunt in Cod. Einsidl.* In conspectu gentium)  
Ante conspectum gentium *Cod. Einsidl.* Sanctis Dei)  
Sanctis ejus *Cod. Einsidl.* Populos tuos) Electos tuos  
*Cod. Einsidl.* Et illuxit nobis) *Addit: Amen, Alleluja*  
*Cod. Einsidl.* Hic est Deus noster in aeternum et in se-  
culum seculi, ipse reget nos in secula. Amen, Halleluja)  
Posthæc propheta Michæas exclamavit, dicens: Qvis est  
Dominus sicut tu, auferens iniquitates et transgrediens  
peccata et nunc continens iram, quoniam voluntarius mi-  
sericordiæ es et ipse averteris et misereris nostri et absol-  
vis omnes iniquitates nostras, et omnia peccata nostrâ de-  
mersisti in multitudine mortis, sicut jurasti patribus no-  
stris pristinis. Et omnes sancti responderunt dicentes:  
hic



seculum seculi, ipse reget nos in secula. Amen, Halleluja. Sic et omnes prophetæ de suis laudibus sacra referentes, seqvebantur Dominum.

XXV. Dominus autem tenens manum Adæ, tradidit Michaeli archangelo, et omnes sancti seqvebantur Michaelem archangelum, et introduxit in Paradiso gratia gloriosa, et occurrerunt eis obviam duo viri vetusti dierum, interrogati autem a sanctis: qui estis vos, qui nobiscum apud inferos nondum fuistis, et in Paradiso corpore collocati estis? Respondens unus ex eis dixit: Ego sum Enoch, qui verbo translatus sum. Hic iste qui mecum

hic est Dominus noster in æternum et in seculum seculi, et ipse reget nos in secula *Cod. Corf.* Similiter posthæc et propheta Michæas exclamavit dicens: quis Deus sicut tu Domine, auferens iniquitates et transgrediens peccata. Et nunc contines in testimonium iram tuam, quoniam voluntarius misericordiæ es et ipse averteris et miseris nostri et absolves omnes iniquitates nostras et omnia peccata nostra demersisti multitudine mortis, sicut iurasti patribus nostris in diebus pristinis: et omnes sancti responderunt dicentes: hic est Deus noster in æternum et in seculum seculi, et ipse reget nos in secula. Amen, Alleluja! *Cod. Einsidl.* Sic et omnes prophetæ, de suis laudibus sacra referentes, seqvebantur Dominum) Et omnes sancti prophetæ



ονοματι κυριου, αλληλουια, αυτω η δοξα των  
αγιων παντων.

XXV. Πορευομενος ουν εις τον παραδεισον  
κρατων και τον προπατωρα Αδαμ απο της χει-  
ρος, παραδεδωκε τουτον τω αρχαγγελω Μι-  
χαηλ, και παντας τους δικαιους. Εισερχομε-  
νων ουν αυτων την θυραν του παραδεισου συνη-  
τησαν αυτοις δυο πρεσβυται ανθρωποι, προς ους  
οι αγιοι πατερες ειπον· τινες εσε υμεις, οτινες  
θανατον ουκ ειδετε και εν τω αδη ου κατηλθε-  
τε, αλλ' εν τοις σωμασι και ταις ψυχαις οικει-  
τε εις τον παραδεισον; Εις εξ αυτων αποκρι-  
θεις ειπεν· εγω ειμι Ενωχ ο ευαρεσησας θεω  
και ωδε μετατεθεισ παρ' αυτους· και ουτος εστιν  
Ἡλιας

phetæ de suis laudibus sacra referebant, et omnes sancti  
Amen Halleluja clamantes, sequebantur Dominum *Cod. Corf.*  
*Corf.* Sic et omnes prophetæ de suis prædictis laudibus  
sacra referentes, et omnes sancti, Amen Alleluja clamantes,  
sequebantur Dominum *Cod. Einsidl.*

XXV. Et introduxit in Paradiso gratia gloriosa) Et  
introduxit omnes in paradiso gratiæ et gloriæ *Cod. Corf.*  
Et introduxit omnes in paradisi gratiam gloriosam *Cod.*  
*Einsidl.* Qvi nobiscum apud inferos nondum fuistis)  
Qvi nobiscum in inferis mortui nondum fuistis *Cod. Eins.*  
Qvi verbo translatus eum) Qvi verbo Domini translatus  
sum hic *Cod. Einsidl.* Hic iste qvi mecum est) Iste au-  
tem qvi mecum est *Cod. Einsidl.*



cum est, Elias Thesbites est, qui curru igneo assumptus est. Hic et usque nunc non gustavimus mortem, sed in adventum Christi reversuri sumus divinis signis et prodigiis præcincti ad præliandum cum eo et ab eo occidi in Jerusalem. Et post triduum et dimidium dierum iterum vivi in nubibus assumendi.

XXVI. Et cum hæc loquerentur sanctus Enoch et Elias, ecce supervenit alius vir miserrimus, portans humeris suis signum crucis. Et cum viderunt omnes sancti dixerunt ad eum: Quis es tu? quia visio tua latronis est et propter quod portas crucem humeris? Quibus respondens ait: Vere dixistis, quia latro fui, omnia mala faciens super terram. Et Judæi crucifixerunt me cum Jesu, et vidi creaturarum mirabilia, quæ facta sunt per crucem Domini Jesu crucifixi, et credidi eum esse creatorem omnium creaturarum et regem omnipotentem, et deprecatus sum eum dicens:

In adventum Christi reversuri sumus) In adventum Anti-Christi reservati sumus *Codd. Cors. et Einsidl.* Præcincti ad præliandum cum eo) Præliaturi cum eo *Codd. Cors. et Einsidl.* Et ab eo occidi in Jerusalem) Et ab eo occisi in Jerusalem *Codd. Cors. et Einsidl.* Dimidium dierum) Dimi-



Ἡλίας ὁ Θεσβιτης, οἱ και μελλωμεν ζησαι με-  
 χρι της συντελειας του αιωνος, τοτε δε μελλω-  
 μεν αποσαληναι παρα Θεου επι τῷ αντισηναι  
 τῷ αντιχριστῷ, και αποκτανθηναι παρ' αυτου,  
 και μετα τρεις ἡμερας ανασηναι και εν νεφελαις  
 αρπαγηναι προς την του κυριου ὑπαντησιν.

XXVI. Ταυτα τουτων λεγοντων ηλθε ετε-  
 ρος ταπεινος ανθρωπος, βασαζων επι των ωμων  
 αυτου και σαυρον, προς ὃν εφησαν οἱ ἅγιοι πα-  
 τερες· τις ει συ, ὁ Θεωριαν εχων λησου, και τις  
 ὦν επιφερεις επι των ωμων σαυρον; Απεκριθη  
 οὗτος· εγω καθως ὑμεις φατε λησης ην και  
 κλεπτης εν τῷ κοσμῷ, και δια ταυτα κρατη-  
 σαντες με οἱ ιουδαιοι σαυρου θανατῷ παραδω-  
 κασιν ἅμα τῷ κυριῷ ἡμων Ιησου Χριστῷ. Σταυ-  
 ρου τονν κρεμαμενου αυτου, ιδων τα γνομενα  
 σημεια, επισευσα εις αυτον, και παρεκαλεσα  
 αυτον,

Dimidium diei *Cod. Einsf.* Iterum vivi in nubibus assu-  
 mendi) Iterum in nubibus fumus assumendi *Cod. Corf.*  
 Iterum vivi in nubibus assumpturi *Cod. Einsidl.*

XXVI. Sanctus) Sanctis *Cod. Einsidl.* Et cum vide-  
 runt) Videntes eum *Cod. Einsidl.* Et propter quod por-  
 tas crucem humeris?) Quid est signum, quod portas hu-  
 meris? *Cod. Corf.* Et quid est, quod portas signum in  
 humeris? *Cod. Einsidl.* Domini Jesu) Jesu *Cod. Einsidl.*  
 Creaturarum) Creaturarum Dei *Cod. Corf.*



dicens: Memor esto mei Domine, dum veneris in regnum tuum! Statim suscipiens deprecationem meam, dixit ad me: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Et dedit mihi signum istud crucis dicens: Hoc porta et ambula in Paradiso et si non dimiserit te ingredi angelus custos Paradisi, ostende illi signum crucis, et dices ad eum, quia Jesus Christus filius Dei, qui nunc crucifixus est, misit me huc ad te. Cum hoc fecissem, dixi ad angelum custodem Paradisi hæc omnia. Qui cum hæc a me audivit, statim aperiens introduxit me et collocavit me ad dextram Paradisi dicens: Ecce modicum sustine te hic, ut ingrediatur omnis generis humani pater Adam cum omnibus filiis suis sanctis et justis Christi Domini crucifixi. Cum audissent omnia verba latronis, omnes patriarchæ una voce dixerunt: Benedictus es Deus omnipotens

Dum veneris) Quando veneris *Cod. Einsidl.* Deprecationem) Orationem *Cod. Corf.* Dixit ad me) Dixit mihi *Cod. Einsidl.* Signum istud) Hoc signum *Cod. Einsidl.* Hoc porta et ambula) Hoc portans ambula *Cod. Corf.* Hæc portans ambula *Cod. Einsidl.* Misit me huc ad te) Transmisit me *Cod. Einsidl.* Hæc omnia) *Desunt in Cod. Einsf.* Qui cum hæc a me audivit) *Omittit Cod. Einsidl.* Ad dextram) Ad dextram partem *Cod. Corf.* Ecce modicum sustine



αυτον, και ειπον· κυριε οτε βασιλευσης, μη μου επιλαθη. Και ευθυσ ειπεν μοι· οτι αμην αμην, σημερον λεγω σοι, μετ' εμου εση εν τω παραδεισω. Βασαζων ουν τον σαυρον μου ηλθον εις τον παραδεισον, και ευρων τον αρχαγγελον Μιχαηλ ειπον αυτω· ο κυριος ημων Ιησους, ο εσαυρομενος, ωδε με απεσειλεν· αγαγον με τοιων εν τη πυλη της Εδεν. Και ιδουσα η Φλογινη ρομφαια, το σημειον του σαυρου, ηνοιξε μοι και εισηλθον. Ειτα φησι προς εμε ο αρχαγγελος· περιμεινον νυν καιρον, οτι ερχεται και ο πρωπατωρ του γενους των ανθρωπων Αδαμ μετα των δικαιων, ινα εισελθωσι και αυτοι εντος· και νυν ιδων υμας ηλθον εις απαντησιν υμων. Ταυτα ακουσαντες οι αγιοι, εβοησαν μεγαλη Φωνη

sustine te hic, ut ingrediatur) Ecce modicum sustine et videbis ingredi *Cod. Cors.* Ecce modicum sustine et ingredietur *Cod. Einsf.* Omnis generis humani pater Adam eum omnibus filiis suis sanctis et iustis Christi Domini crucifixi) Omnis generis vestri patrem Adamum cum omnibus filiis suis sanctis et iustis post triumphum et gloriam ascensionis Christi Domini crucifixi *Cod. Cors.* Cum audissent omnia verba latronis) Hæc autem omnia verba latronis audientes *Cod. Cors.* Hæc omnia verba latronis audientes *Cod. Einsfdl.* Omnes patriarchæ) Omnes sancti, patriarchæ et prophetæ *Cod. Cors.* Benedictus es) Benedictus *Codd. Cors. et Einsfdl.* Deus omnipotens) Dominus omnipotens *Cod. Einsfdl.*

K



tens pater æternorum bonorum et pater misericordiarum, qui talem gratiam peccatoribus ejus dedisti, et in gratiam Paradisi reduxisti et in tua spiritualia et pingvia pascea spirituali vita sanctissima collocasti. Amen.

XXVII. Hæc sunt divina et sacra mysteria, quæ vidimus et audivimus. Ego Charinus et Lenthius amplius non sumus permisi enarrare cætera mysteria Dei, sicut testans Michael archangelus dixit nobis: Euntes cum fratribus meis in Jerusalem eritis in orationibus clamantes et glorificantes resurrectionem Domini Jesu Christi, quos a mortuis resuscitavit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes et sedebitis ut muti, donec veniat hora, ut permittat vobis ipse Dominus referre suæ divinitatis mysteria. Nos autem jussit Michael archangelus ambulare trans Jordanem in locum optimum et pingvem ubi sunt multi, qui nobiscum resurrexerunt in testimonium resurrectionis Christi: quia tantum tres dies permisi sumus a mortuis, qui surreximus celebrare in Jerusalem Pascha Domini cum parentibus nostris in testimonium Christi, domini et baptizati sumus in sancto Jordanis flumine. Et jam a nemine visi sunt.

Hæc



Φωνη πάντες· μέγας ὁ κυριος ἡμῶν, και μεγάλη  
ἡ ἰσχυς αὐτου.

XXVII. Ταυτα πάντα ἰδομεν και ηκουσα-  
μεν ἡμεις οἱ δυο αὐτ' ἀδελφοι οἱ και ἀπεσταλημεν  
παρα Μιχαηλ του αρχαγγελου, και εταχθη-  
μεν κηρυξαι την του κυριου ανασασι· προτερον  
δε ἀπελθειν εν τῷ Ιορδανη και βαπτισθηναι·  
ὅπου και ἀπελθοντες εβαπτισθημεν μετα και  
αλλων ανασαντων νεκρων· εἶτα και εις Ιεροσολυ-  
μα ηλθομεν και ετελεσαμεν το πασχα της ανα-  
στασεως. Νυν δε μη δυναμενοι ενταυθα διαγειν

απερ-

Peccatoribus ejus) Peccatoribus tuis *Cod. Einsidl.* In tua  
spiritualia et pingvia pascea spirituali vita sanctissima col-  
locasti. Amen.) In tua pingvia pascea spirituali vita quam  
certissima *Cod. Cors.* In tua pingvia pascea: quia hac est  
spiritualis vita certissima. Amen, Amen. *Cod. Einsidl.*

XXVII. Charinus et Lenthius) Karinus et Leucius  
*Cod. Einsidl.* Fratribus meis) Fratribus nostris *Codd.*  
*Cors. et Einsidl.* Eritis) Et eritis *Cod. Einsidl.* Donec  
veniat hora) Usque dum veniet hora *Cod. Einsidl.* Nos  
autem iussit) Nobis autem iussit *Codd. Cors. et Einsidlens.*  
Christi) Christi domini *Cod. Einsidl.* A mortuis, qui  
surreximus) Qui surreximus a mortuis *Cod. Einsf.* Cum  
parentibus) Cum viventibus parentibus *Cod. Einsidl.* In  
testimonium) In testimonium resurrectionis *Cod. Einsidl.*  
In sancto Jordanis flumine. Et jam a nemine visi sunt) In  
sancto Jordanis flumine: accipientes singuli stolas albas.



Hæc sunt, quanta nobis jussit Deus referre vobis, et date illi laudem et confessionem, et poenitentiam agite et miserebitur vestri. Pax vobis a Domino Deo Jesu Christo et Salvatore omnium nostrorum. Amen, Amen, Amen. Et postquam compleverunt omnia scribentes, singulos tomos chartæ scripserunt. Charinus autem quod scripsit, dedit in manibus Annæ et Caiphæ et Gamalielis. Similiter et Lenthius quod scripsit, dedit in manibus Nicodemi et Joseph, et subito transfigurati sunt candidati nimis et non sunt amplius visi. Scripta autem illorum inventa sunt æqualia, nihil minus aut majus habentia littera una. Ista omnia admiranda Charini et Lenthii dicta audiens omnis Synagoga Judæorum, ad invicem dixerunt: Vere ista omnia a Deo facta sunt, et benedictus Dominus Jesus in Secula Seculorum Amen. Et exierunt omnes cum magna sollicitudine, cum timore et tremore, et percutierunt pectora sua et abierunt, unusquisque in propria sua. Hæc omnia  
quæ

Et post tres dies celebrationis paschæ domini rapti sunt in nubibus omnes, qui nobiscum resurrexerunt et perducti sunt trans Jordanem, et amplius a nemine visi sunt *Cod. Corsini*. In sancto Jordanis flumine: accipientes singuli stolas



ἁπερχομεθα. Καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ πα-  
 τρος, καὶ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-  
 στοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάν-  
 των ὑμῶν.

## ΤΑΥΤΑ

stolas albas, et post tres dies celebrantes pascha domi-  
 ni reperti sunt a nubibus omnes, qui nobiscum refur-  
 rexerunt, perducti sunt trans Jordanem, et jam a nemine  
 visi sunt *Cod. Einsidl.* Hæc sunt, quanta) Hæc sunt my-  
 steria, quæ *Cod. Cors.* Nobis iussit Deus) Nobis iussit  
 Dominus *Cod. Einsidl.* Et miserebitur) Et misereatur  
*Cod. Einsidl.* Pax vobis a Domino Deo Jesu Christo)  
 Pax vobis ab ipso Domino Jesu Christo *Cod. Einsidlens.*  
 Amen, Amen, Amen) Amen *Cod. Einsidl.* Et postquam  
 compleverunt omnia scribentes, singulos tomos chartæ scrip-  
 serunt) Et postquam impleverunt omnis scribentis in sin-  
 gulos tomos chartæ, surrexerunt *Cod. Cors.* Et postquam  
 compleverunt omnia, scribentes in singulos tummos char-  
 tæ, surrexerunt *Cod. Einsidlens.* Charinus autem quod  
 scripsit) *Addit:* in tomo chartæ *Cod. Cors.* Dedit in  
 manibus) Dedit in manus *Cod. Einsidl.* Lenthius quod  
 scripsit dedit in manibus) Leucius quod scripsit in tum-  
 mum chartæ dedit in manus *Cod. Einsidl.* Amplius visi)  
 Visi amplius *Cod. Einsidlens.* Scripta autem illorum in-  
 venta sunt æqualia, nihil minus aut majus habentia litte-  
 ra una) Scriptæ autem eorum inventæ sunt æquales. Ni-  
 hil majus vel minus vel in littera una *Cod. Einsidl.* Cha-  
 rini et Lenthii) Karini et Leucii *Cod. Einsidl.* A Deo  
 facta sunt) A Domino sunt facta *Cod. Eins.* Benedictus  
 Dominus Jesus) Benedictus Dominus *Cod. Einsidl.*



quæ dicta sunt a Judæis in Synagoga eorum, statim Joseph et Nicodemus annunciaverunt præfidi, et Pilatus scripsit omnia gesta et ea quæ dicta sunt de Jesu a Judæis, et posuit omnia verba in codicibus prætorii sui publicis.

XXVIII. Posthæ ingressus Pilatus templum Judæorum, congregavit omnes principes sacerdotum et scribas et legis doctores, et ingressus est cum eis in sacrarium templi, et jussit ut omnes januæ clauderentur, et dixit eis: Auditum habemus, quod quandam magnam Bibliothecam habetis in templo isto, propter hoc rogo vos, ut ante nos præsentetur. Et cum deportassent illam Bibliothecam magnam, a quatuor ministris, auro et gemmis pretiosis ornatam, dixit Pilatus ad omnes: Adjuro vos per Deum patrem

Et Pilatus scripsit omnia gesta et ea quæ dicta sunt de Jesu a Judæis) Et ipse Pilatus scripsit omnia quæ gesta et dicta sunt de Jesu a Judæis *Cod. Einsidl.*

*Totum Caput XXVIII non habent Codd. Corsini et Einsidlensis, in quibus modo hæc leguntur: Posthæ ipse Pilatus scripsit Epistolam ad urbem Romam Claudio Imperatore, dicens: Sic Cod. Cors. Et posthæ Pilatus scripsit Epistolam ad urbem Romam Claudio, dicens Cod. Einsidl. Sequitur deinceps Epistola Pilati, apud Fabricium ima, in nonnullis lectionibus a Fabricii Textu diversa, quas varietates suo loco subjunximus.*



Ταυτα γραψαντες και ασφαλισαμενοι τα βιβλια, εδωκαν υμισι τω Ιωσηφ και τω Νικοδημω, και αυτοι παραυτικα εγενοντο αφαντοι, εις δοξαν του κυριου ημων Ιησου Χριστου, αμην.

---



trem vestrum, qui fecit ac iussit templum istud ædificari, ne verum mihi taceatis. Vos nostis omnia quæ scripta sunt in ista Bibliotheca, sed nunc dicite, si vos in Scripturis invenistis istum Jesum, quem crucifixistis, esse filium Dei venturum pro salute generis humani et in quantis annis temporum debuisset venire, manifestate mihi. Ita conjurati Annas et Caiphas jusserunt exire de sacrario ceteros omnes, qui cum ipsis erant, et ipsi clauerunt omnes januas templi et sacrarii, et dixerunt ad Pilatum: conjurati sumus a te Judex, per ædificationem templi istius veritatem et rationem manifestum tibi facere. Postquam crucifiximus Jesum, ignorantes Dei filium esse, putantes per aliquod Carmen facere eum virtutes, fecimus Synagogam magnam ad templum istud. Et conferentes ad invicem signa virtutum, quæ fecerat Jesus, multos ex genere nostro testes invenimus, qui dixerunt post passionem mortis vivum se vidisse, et duos testes, quorum corpora Jesus a mortuis resuscitavit, vidimus. Qui multa mirabilia, quæ fecit Jesus in mortuis, annuñciaverunt bis, quæ in manibus nostris scripta habemus. Nostraque consuetudo est, quod omni anno ante nostram Synagogam aperientes istam sanctam Bibliothecam testimonium Dei exquirimus, et invenimus in primo libro de Septuaginta, ubi locutus est Michael archangelus ad tertium filium Adæ primi hominis, de quinque  
milli-



millibus et quingentis annis, in quibus venturus esset de coelis dilectissimus Dei filius Christus, et adhuc consideravimus quia forsitan iste est Deus Israel, qui dixit ad Moysen: Fac tibi arcam testamenti in longitudinem cubitorum duorum et semis, in altitudinem cubiti unius et semis, in latitudine cubiti unius et semis. In his quinque cubitis et semis intelleximus et cognovimus in fabrica arcae veteris testamenti, quia in quinque millibus annorum et semis venturus esset Jesus Christus in arca corporis, et sic scripturae nostrae testantur, ipsum filium Dei esse et dominum et regem Israel. Quia post passionem ejus nos principes sacerdotum admirantes signa, quae propter eum fiebant, aperuimus Bibliothecam istam, exquirentes omnes generationes usque ad generationem Joseph et Mariae matris Jesu, computantes ex semine David esse, invenimus ea, quae fecit Dominus, et quando fecit coelum et terram, et primum hominem Adam usque ad diluvium, anni duo millia ducenti et duodecim. Et a diluvio usque ad Abraham anni nongenti duodecim. Et ab Abraham usque ad Moysen anni quadringenti triginta. Et de Moysen usque ad David regem, anni quingenti decem. Et a David usque ad transmigrationem Babylonis anni quingenti. Et de transmigratione Babylonis usque ad incarnationem Christi, anni quadringenti. Et fiunt simul quinque millia et semis: et sic

sic



fic adparet, quod Jesus quem crucifiximus, Jesus  
Christus Dei filius est, verus et omnipotens Deus.  
Amen.

Hic sequitur Epilogus: *In nomine Sanctæ Trini-  
tatis expliciunt gesta . . . . . historia-  
tus est Nicodemus litteris Hebraicis, quem in  
fronte libri positum invenies.*

## EPISTOLA PILATI.

Pontius Pilatus Claudio Salutem!

Nuper accidit et quod ipse probavi, Ju-  
dæos per invidiam se suosque posteros cru-  
deli condemnatione punisse. Denique cum  
promissum haberent patres eorum, quod illis  
Deus eorum mitteret de coelo sanctum suum,  
qui

Pontius Pilatus Claudio Salutem) P. P. Claudio Regi  
Salutem *Cod. Cors.* P. P. Regi Claudio suo Salutem *Cod.  
Einsidl.* Se suosque posteros) Suosque posteros *Cod. Einsf.*  
*Addit* Jesum *Marcellus.* Punisse) Peremisse *Chassaneus.*  
Denique cum) De quo *Cod. Einsidl.* Cum enim *Chassan.*  
Promissum) *Addit:* ex oraculorum promissis majorum ip-  
sorum autoritate receptis *Sixtus Senensis.* Quod illis Deus  
eorum mitteret de coelo) Quod Deus illorum mitteret  
*Chassan.* Sanctum suum, qui eorum Rex merito dicere-  
tur



qui eorum Rex merito diceretur et hunc se  
promiserit per virginem missurum ad terras:  
istum itaque me præside in Judæam, Deus  
Hebræorum cum misisset, et vidissent eum  
coecos illuminasse, leprosus mundasse, para-  
lyticos curasse, dæmones ab hominibus fugas-  
se, mortuos etiam suscitasse, imperasse ven-  
tis, ambulasse ficcis pedibus super undas ma-  
ris, et multa alia fecisse, cum omnis populus  
Judæorum eum filium Dei esse diceret, invi-  
diam

tur et hunc se promiserit per virginem missurum ad ter-  
ras) Per virginem, sanctum suum filium, qui Rex eorum  
merito diceretur *Chassan.* Sanctum suum) Sancto suo  
*Cod. Einsidl.* Filium suum *Marcell.* Rex merito dice-  
retur) Merito Rex diceretur *Cod. Einsidl.* Et hunc se  
promiserit) Et hæc promiserit *Cod. Einsidl.* Per virgi-  
nem) *Addit:* juvenculam *Sixtus Sen.* Istum itaque me  
præside in Judæam, Deus Hebræorum cum misisset) Hunc  
me præside misit in Judæam *Chassan.* Et vidissent eum)  
Quem cum vidissent *Chassan.* Et vidissent eum hebræi  
*Cod. Einsidl.* Suscitasse) Auctoritate suscitasse *Marcell.*  
Imperasse ventis) Imperare ventis *Cod. Einsidl.* Et mul-  
ta alia) *Addit:* signa miraculorum *Cod. Einsidl.* *Addunt.*  
mirabilia *Marcell, Sixt. Sen. et Chassan.* Cum omnis po-  
pulus Judæorum eum filium Dei esse diceret) Cum multi  
de populo Judæorum hunc filium Dei esse crediderunt  
*Cod. Cors.* Et cum multi de populo Judæorum filium Dei  
illum esse crederent *Cod. Einsidl.*



diam contra eum passi sunt principes Judæorum, et tenuerunt eum mihiqve tradiderunt, et alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt, asserentes istum magum esse et contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, et flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum et sepulto custodes adhibuerunt. Ille autem militibus meis custodientibus die tertio resurrexit: in tantum autem exarsit neqvitia Judæorum, ut darent pecu-

Principes Judæorum) Principes sacerdotum, scribæ et pharisæi Judæorum *Codd. Corf. et Einsidl.* Et tenuerunt eum mihiqve tradiderunt) Et tenentes mihi præfidi tradiderunt *Cod. Corf.* Et tenentes eum mihi præfidi tradiderunt *Cod. Einsidl.* Et adversabantur illi, mihiqve tradiderunt *Sixt. Sen.* Et alia pro aliis) *Addit multa Marcell.* Ego autem credidi) Ego autem verbis eorum credidi *Cod. Einsidl.* Illi autem crucifixerunt eum) *Addit: ligno Cod. Einsidl.* Et sepulto custodes adhibuerunt) Et sepulcro custodes adhibuerunt *Marcell. Sixt. Sen. et Chaffan.* Et sepelientes custodes posuerunt, milites prætorii mei, et signantes monumentum abierunt *Cod. Corf.* Et mortuum sepelientes custodes posuerunt, militibus prætorii mei monumentum ejus custodientibus, et signantes monumentum *Cod. Einsidl.* Ille autem militibus meis custodientibus die tertio resurrexit) Die tertia resurrexit de monumento *Cod. Einsidl.* In tantum autem exarsit) In tantum autem adversus eum exarsit *Chaffan.* Neqvitia) Iniquitas *Cod. Einf.* Ut darent



pecuniam custodibus et dicerent: dicite quia discipuli ejus corpus ipsius rapuerunt. Sed cum accepissent pecuniam, quod factum erat tacere non potuerunt. Nam et illum surrexisse testati sunt se vidisse, et se a Judæis pecuniam accepisse. Hæc ideo ingessi, ne quis

rent pecuniam custodibus et dicerent) Ut darent pecunias militibus meis dicentes *Cod. Einsidl.* Ut darent magnam pecuniarum vim custodibus et dicerent *Sixt. Sen.* Corpus ipsius rapuerunt) Corpus ejus per noctem furati sunt *Codd. Corf. et Einsidl.* Sed cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat tacere non potuerunt. Nam et illum surrexisse testati sunt se vidisse, et se a Judæis pecuniam accepisse) Milites autem cum accepissent pecuniam veritatem tacere non potuerunt, quod factum erat, et eum de sepulcro surrexisse testificati sunt, et a Judæis se pecuniam accepisse dixerunt *Cod. Corf.* Milites autem mecum accepissent pecunias, tacere veritatem non potuerunt quod factum est, sed de sepulcro resurrexisse testificati sunt, et a Judæis pecunias accepisse dixerunt *Cod. Einsidl.* Sed cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat nihilominus tamen publice ubique professi sunt et testantur se visiones angelorum vidisse *Sixt. Sen.* Hæc ideo ingessi, ne quis aliter mentiatur, et æstimet credendum mendaciis Judæorum) Ideo suggero regi, ne quis alius aliter mentiatur et existimet crediderunt (sic) Judæorum, direxi potestati tuæ omnia quæ gesta sunt de Jesu in pratorio meo *Cod. Corf.* Ideo suggero regi, ne quis aliter mentiatur

tiatur



quis aliter mentiatur, et æstimet credendum  
mendaciis Judæorum.

tiatur et æstimans credere mendaciis Judæorum, direxi po-  
testati vestræ omnia quæ gesta sunt de Jesu in prætorio  
meo *Cod. Einsidl.*

¶ Explicet Evangelium Nicodemi principis Synagogæ Ju-  
dæorum, ad honorem Dei. *Subscriptio Codicis Corsini.*